

886 Paperiani a mezza la scala esteriore della casa di Giulio Andriani signore di Fiemicello CAPODAGLIO. Ibidem in aedibus nunc Gregorutti EGO. — Utini in aedibus Gorgo A TURRE, Utini POCOCKE, errore puto.

C · ALBVCIVS · C · F  
 FAL · D · INTIMILI  
 M · CHIO VIII PR · M · A  
 XVII · V · A · XXXV  
 5 H · S · EST

Descripsi fractam. Integram exhibent Capodaglio n. 158 (inde a Turre p. 345, ex hoc Mur. 777, 4 et Bertoli p. 167 n. 172); Poccocke p. 124 n. 5.

887 Aquileiae in museo Bertoli, nunc Cassis.

C · ANTONIVS · M  
 MART · VICTRIC  
 CONI leg. xiiii. gem

Contuli. Beretta misit Muratorio; Bertoli p. 204 n. 237; Cortenovis ms. p. 105.

888 lapis magnus rep. Belginae 1824.

M · ANTONIO  
 M · FILIO  
 VET · LEG · I · ADI  
 T · FLAVIVS · T · F · VEL  
 5 VETTIANVS  
 III · VIR · A Q

Moschettini ms., a quo pendent Steinbüchel Wiener Jahrb. A. B. 48 (1829) p. 85 et Zandonati p. 225.

4 T · F om. exemplum Vindob. — 6 III · VIR exemplum Vindob., D · VIR Pironianum et Zandonatianum.

889 basis magna, Aquileiae nuper rep. prope eccl. S. Iohannis q. d. Foro, extat in curia.

mulier(?) caput ornatum habens gemmis et anulis digitos, manu baculum tenens

L · A R R I O  
 MACRO  
 V E T E R A N O  
 MILIT · ANN · XXXVI  
 5 IN · AERE · INCISO · AB  
 DIVO · VESPASIANO  
 DECVRIONI · AQVILEIAE  
 ARRIA · I · LIB · TROPHIME  
 PATRONO · V · F  
 10 SIBIQ · ET · SVIS  
 C · VARIO · ARRIANO · ANNOR · XV  
 AB · AMICO · DECEPTVS

Zandonati *raccolta Veneta* 1 (1866), 127; Kandler in explicatione mappae Aquileiae antiquae.

8 I · LIB traditur. — 10 SIBIO Kandl.

Quam ob causam hunc Maerum in aere incidi iusserit Vespasianus, non liquet; nam et de praemiis veteranorum cogitari potest et de admissione ad frumentum publicum post civitatem adeptam, ut legitur in noto titulo urbano (Henzen 6752): *qui frument(o) publ(ico) incisi sunt Kal. Martis.*

890 Aquileiae in curte Ioh. Biason.

in latere dextro:

CAMARONIA · PLECVS a  
 HOC · SEPVLC · VIV · EMANC  
 .... VIAE · SPE · COGNAT · SVAe  
 M · AVCTOR · TROPHIMO · VIR  
 5 ..... IVLIO  
 THEOPHILO · VIRO · OPTIM · B · M  
 ET · TEDIE · HEDONENI · AMIC  
 .... LOC DED SIQ · HIC FVN ... INT  
 ..... SEQVERETVR

in antica:

M · AVFVSTIVS  
 M · F · ROM  
 ACTIACVS  
 VALERIAE · C · LIB  
 5 CHARIDI · CONIVGI  
 CRYSDI · F · ANN · XX · OCCISAE  
 C · ALBIO · C · LIB · SABINO  
 CONTVBERNALI

in latere sinistro:

M · CAMAR  
 ONIO · M · L · PRIMO  
 CAMARONIA · M · L  
 PLECVSA  
 5 STACTE · Q · L · MATRI

delphinus delphinus  
 lepus

M · AVNICIVS  
 M · FIL · PVB  
 MESSALLINVS  
 VET · LEG · XV · APOL  
 5 T · F · IVSSIT · SIBI · ET  
 FORTVNATAE · F

Orti ms. et *Bullett. dell' inst.* 1839 p. 134.

De Actiacis tribus Romiliae, qui sunt veterani post pugnam Actiacam deducti Ateste, v. Furlanetto *lap. Pat.* p. 173. — In latere dextro traduntur 1 PLECVS, 3 SVA, 6 THIOPHILO, in sinistro 2 ONI · M · L.

Descripsi. Zandonati ms. apud Pironam.

892 Aquileiae in museo Bertoli, nunc Cassis.

D	M
AVR · CLARIANO	
AVR · MAXIMIANVS	
M · LEG · PRIMES	
5 ATIV <i>trio</i> p	O S
FRA <i>trio</i> caris	SIM o
NAT	i NFE
RIO <i>re</i>	MAR
VIC o	DIANO
1) A N n	XVIII

Contuli. Mur. ms. et 789, 6 a Beretta; Bertoli p. 157 n. 158.

7 NIE ego, NTE priores. Supple sic fere *nat(o) [in Moes(ia) i]nferio[re reg(ione)] Mar-(cianopolitana) vic[o . .]diano.*

893 Aquileiae in una casa del capitulo della chiesa patriarcale non lungi dalla stesse chiesa CAP. Nella scala del pubblico granajo capitulare BERT.

D	M
AVREL · D	IZO · MILEX
LEG · XI · CL	AVD · VIXIT
ANN · XX	VII · MILIT · ANN
5 QVINQVE	OBITVS · IN
MAVRE T	ANIA · BENE
MERENTI	CIVES · ET
COMMANIPVLI · DE · SVO	
FECERVNT	

Integram descripsit Capodaglio n. 117 (inde a Turre p. 135, ex hoc Mur. 790, 1); fractam Bertoli p. 146 n. 149.

Quae non vidit Bertoli, dedi inclinatis. Undecimae legionis militum tituli infimi aevi omnes, scilicet quarti aut minimum tertii saeculi, reperti sunt Aquileiae eo numero (cf. n. 895. 896. 900. 940. 942. 944), ut de casu cogitari non debeat. Utrum eo tempore legionis pars Aquileiae praesederit, an quod magis puto tirones acceperit ex Aquileia, prolem fortasse colonorum Sarmatarum ad Aquileiam stabilitorum, videndum. Certe hanc coniecturam commendat et quod huic Dizoni in Mauretania defuncto 'cives et commanipuli' memoriam ponunt Aquileiae et nomina hominum barbarica et quae notavimus ad n. 923; nec magnopere obstat n. 942 centurionis eius legionis in Moesia nati. Vide item quae diximus de veteranis gentilibus n. 884.

894 Aquileiae nelle case delli Signori di Straldo presso il palazzo RAMB. et ita fere RELIQUI.

AVRELIVS · DOMITIANVS  
 BENE · LEG · I  
 A t · VIXIT  
 AN · XXXX · MILIT  
 5 AVIT · AN ·  
 XX · ACEPIT  
 MISIONEM

Secundus servavit. Inde Bellonus n. 64; Sannutus f. 42' n. 73; Vat. 5250 f. 65 n. 34; Rambertus n. 18; Capodaglio n. 6; Don. 6, 43 ex Ramberto; a Turre p. 393; Mur. 790, 4 ex Turrio et Donio male; Bertoli p. 170 n. 176 ex Turrio.

3 AL traditur; scripsi AT, ut est n. 892. — 6 ACEPIT Bell. Ramb. Capod. II, ACCEPTIT Capod. I. — 7 MISIONEM San. Capod. II, MISSIONEM reliqui.